

Hunc librum Musis
suis inservientem
iure possidet
Theodor Mahlmann

Comparati mihi
Witzeb.
p. mat. 12. q.
p. hinc. 4. q.
Al. Joh. Reibel.
1624.

CHRISTOLOGIAS SACRÆ

Disputatio Quadragesima Quinta

De

SESSIONE CHRISTI

AD DEXTERAM

PATRIS,

Quam

Annunte Θεωρωπω

SVB PRÆSIDIO

Dn. BALTHASARIS MEISNERI

S. S. Theol. D. & P. P.

In Collegio privato ad disputandum

proponit

M. ANDREAS Herrenschmid/ Ulmenſis Sue-
vus, Facult. phil. Adjunctus.

Habebitur ad diem 28. Maij boris
pomeridianis.

In auditorio minori.




WITEBERGÆ

Johannes Gorman excudebat,

ANNO cl. l. CXX.

CHRISTOLOGICA
Disputatio Gaudighe
DE
SESSIONE CHRIS
AD DEXTERAM
PARIS
ANNO
D. I. ANTHONI MESSNERI
S. S. Theol. D. & P.
In Collegio
D. I. ANTHONI MESSNERI
S. S. Theol. D. & P.
In Collegio
D. I. ANTHONI MESSNERI
S. S. Theol. D. & P.
In Collegio





Non metuenda vox est, Ascendit Christus
in cœlum; Timor n. qui esse potest ex a-
scensione, eripitur Majestaticâ Salvatoris
ad dexteram patris sessione. Quisquis ergo
hanc Majestatem in cœlo videre nequit, cre-
dat esse in Omnipotentis dexterâ: qui cœlum locum quen-
dam sibi imaginatur, hanc non locum sed infinitam glori-
am credere incipiat. Postquam a. de ascensione Christi
satis superq³ in superioribus actum est, quo fructu illa incly-
ta sit, nunc dispiciendum erit. Coherent n. indissolu-
bili nexu ascensio & sessio, unde in symbolo Apostolorum,
si Augustino credimus, Bartholomæus hæc duo connectere
voluit. Imò ipsa scriptura Christum non modò assumptum
asserit, sed considerare etiam à dexteris DEI Marc. 16. v. 19
Col. 1, 20. 21. 1. Pet. 3, 21, 22. Heb. 12, 2. affirmat. Hinc est
quod hæc καθεδρα, effectum ascensionis Christi, ac Maje-
statis & gloriæ ejus illustrationem θεοπροπῆσιν designare dicatur.
De hac jam, quod Christus benè vertat, in presentiarum disquisituri sumus, non quidem juxta
ιδίαν Πίλυσιν, sed ad dictum sanctissimi in sacrosancto
verbo, spiritus; id est videbimus. 1. Quid dexterae vox si-
gnificet 2. Quid sit ad dexteram patris sedere. 3. juxta
quam naturam Christus sedere dicendus sit. Tandem suc-
cinctâ finalis causæ expositione usum hujus articuli practi-
cum involuemus.

THESIS.

I. Rectissime Nazianzenus quondam dixit: πολλά αὐ
θεωπροπῆσιν λέγονται, ἀλλὰ θεοπροπῆσιν νοῦνται.

ΑΖ

ΗΑΕ

Hæc regula si ullo in articulo, hoc maximè observationem insignem meretur. Multi enim hic dexterae vocem Carnale quid denotare arbitrantur, contrâ quam patres voluerunt singulis temporibus; imò contra quam ipse Spiritus sanctus, ut in progressu videbimus.

II. Ut enim hic nihil dicamus de Antropomorphitarum crassitie, Nestorianorum sellulariâ, qui duas καθεδρας fixere, unam in qua pater, alteram in qua filius sedeat: Pontificios tantum & Calvinianos miramur, quod ἀπερὶστα-Φῶν tam animosè de dextera hac ex rationis scrutinio differere non vereantur, extra quas tamen quid sit ille, cuius est dextera, perfectè nemo scire unquam potuit.

III. Ex illis enim ut unicum tantum de Valentia Gregorium adducamus, constat quam belle ipse cum Zvvinglianis in presenti negotio conveniat, cui ceteros Esavitas suffragari eò magis credibile est, quod cum modernis Nestorianis Calvinistis οὐκ ὀφείδον, ausu plane temerario, Majestatem Christi annihilare non metuant. Uno verbo, ut ubiquitistis agrè faciat (sic nostros per calumniâ vocat) dexteram patris sedem & locum certum facere, non erubescit, qua in sententiâ Calvinianos quoq; esse manifestissimum est.

IV. Martyr simili rem expedit: Patrem procerâ stature, filiolum secum confidentem habere posse inquit, ubi nihilominus latius sit extensa patris dextera, quam filioli corpus dilatetur: ex quo quid in negotio presenti inferre velit, anxiam divinatione opus non est, qui vis n. colligit, determinari ab illo Christo gloriosissimo certam sedem, cuius spacijs ille inclusus, dexteram patris occupare nihilominus dicendus sit.

V. Zvvinglius certè explicaturus dexteram hanc eò
semper

semper inclinatur, ut eam locum interpretando, nihil de Calvinismi genij crassitie remittat: unde ejus discipuli, eam tertium cœlum, ubi Christus detineatur, in quod ascendit, in quo liberè versabitur, & de consilio patris, ad extremum judicium mansurus est, indignant. Loca, quibus sententiam suam probare nituntur Act. 3. v. 21. Marc. 16. Eph. 1, 20. 1. Pet. 3, 22. Hebr. 1, 3. & 7, 26. & 8, 1. Colos. 3. v. 1. an ipsis patrocinio esse possint, in ipsa disquisitione videbimus.

VI. Nos scripturam secuti, aliter longè de dextera hac patris sentire didicimus, unde eam non certum locum, sed divinam ac infinitam Majestatem atq; potentiam esse, asserimus, id quod ex varijs appellationibus & titulis quibus ornatur & à Spiritu sancto describitur, liquidum redditur.

VII. Nam ut ex plurimis pauca tantum adducamus Exod. 15. v. 6. vocatur dextera magnificata in fortitudine. Psal. 77, 11. dextera excelsi. Ps. 89. v. 14. brachium cum potentia Es. 48, 13. dextera mensurans cœlos. Psal. 139. v. 10. ubiq; presens Esai. 48, 23. omnia creans. Matth. 25, 31. Thronus judicij extremi c. 19. v. 28. thronus Majestatis Luc. 22, 69. dextera virtutis Dei. Heb. 1, 8. thronus in seculum seculi. Dan. 7, 14. thronus potestatis eterne, &c

VIII. Hæc sanè & similia loca, è diametro speculationibus & nugis adversariorum sunt opposita, & nisi ipsi Sp. S. in os contradicere velint, locum suum relinquere, & crassiores illas antropomorphiticas cogitationes deponere cogentur: Sic n. concludimus:

Quæcumq; dextera in scriptura, jam dictis titulis insignita est, illa non locum sed divinam ac infinitam Majestatem denotare, rectissime creditur.

At prius est verum de dextera ad quam Christus sedet.
E. & posterius.

IX. Quid? quod ipsi adversarij, in questione quid se-
deat ad dexteram Dei, dum pro humana natura, totam
personam obtrudunt, non effugere possint, per hanc dexte-
re descriptionem, hanc absurditatem, quâ sequeretur di-
vinam naturam locabilem esse, quippe quæ cum humana
ad patris dexteram sedere, ab ipsis perhibetur, quæ tamen
locatio divinitatis est merum somnium, imò puta pura
blasphemia. Si v. hoc ἀτοπον evitare volunt, necessum
est ut vel scripturæ meliorem dextere definitionem adfe-
rant, vel suam deteriore relinquant.

X. Non præter rem v. est nos hic contraire Polano, &
ostendere, quomodo Spiritus sanctus hanc dexteram ad cœ-
lum, superiora, altitudinem &c. limitet, prout Ephes. 1, 20.
Col. 3, 1. Hebr. 1, 3. c. 8, 1. quædam loci differentia innui vi-
dentur, sic n. ex parte quoq; thesi 5. satisfiet.

XI. Dicimus ergo hos & similes locos adversarios pa-
rùm juvare, quippe ineptè inde colligunt: Christus est in cœ-
lo. E. est tantum in cœlo. Simili n. modo ex oratione Do-
minica quis concludat: Pater noster est in cœlis E. est tan-
tum in cœlis: quam Consequentiam si nobis solverint, &
propriis strophas, ex locis illis minus rectè intellectis desum-
tas solutas esse autument.

XII. Committunt itaq; crassam fallaciam ignoratio-
nis elenchi. Non enim ideo dicitur Christus sedere ad dex-
teram patris in cœlo, ut ibi locum determinatum nancisca-
tur, & per eundem circumscribatur, sed quia sedet in
throno Dei, qui collocatus esse dicitur in cœlo. 1. Reg. 8. v.
36. Psal. 2, 4. Psalm. 11, 4. Psalm 103. v. 19 &c. Cujus nihilo-

minus

minus Majestas omnem adimplere terram Esai. 6. v. 3. dicitur, ut Dn. Schröd: in throno regali p. 60. hanc objectionem adversariorum plurib. diluit.

XIII. Potest eadem hac dextera explicari & definiri ex operibus ejus: confirmari etiam nostra sententia ex patribus: verum prestat Clariss. Dn. Præsidis adire part. 2. sobr. c. 1. s. 1. p. 17 18 & c. Unum notabile est adhuc quod & Pontificij & Calviniani nonnulli, veritatis vi adacti confiteri cogantur, prestare si dextera Dei per gloriam, potentiam & Majestatem divinam describatur; Unde etiam recentiores Calvinij sectatores nonnulli eam Majestatem non diffiteri possunt.

XIV. Porro ad dexteram hanc Christus sedere dicitur, qua phrasi quid notetur jam explicandum est. Sedere proprie dicitur de situ corporis humani, & sic stationi vel cubationi opponitur: Metalepticè a. est vel quiescere & morari Luc. 24, 49. vel imperare & regere. 1. Reg. 1. v. 30. Es. 16, 15.

XV. Hoc in loco non notat situationem illam actua-lem, qua sessione Christus Matth. 5, 2. Luc. 5, 5. Joh. 12, 14. usus est, imò ipse Tilenus, l. c. eam rejicit: neq; tamen quietem notat otiosam illam, hæc n. quia Christus caput Ecclesiæ, ab ipso alienissima est, in qua omnia potenter administrat.

XVI. Quamvis enim quiescere rectè dicatur Es. 53, 10. & c. 11, 10., quies tamen illa non notat cessationem omnem, sed tantum eam, quæ opponitur laboribus, qui Christo in statu exinanitionis, peccatorum nostrorum causa Esai. 43, 24. susceptis obvenerunt.

XVII. Rectissime ergo dicitur, quod sedere ad dexteram Dei sit esse Deo $\sigma\upsilon\nu\delta$ $\epsilon\gamma\nu\upsilon\nu$ & $\sigma\upsilon\nu\kappa\acute{\alpha}\tau\iota\upsilon\nu$, in qua, cum

qua, & per quam Deus universas & omnes infinitæ suæ Majestatis virtutes & actiones, vocolâ dexteræ subindicatas, gloriose & omnipotenter exequitur, idq; hoc modo, ut in Christo, cum illo & per illum gloriose repleat omnia, gubernet omnia, dominetur omnibus, scrutetur omnia, lucteturque adversus hostes & portas inferorum. Phil. Nicol. de omnipres. p. 906.

XVIII. Veritatem hujus descriptionis multa & insignia testimonia scripturæ comprobant. Nam. Dan. 7. v. 13, 24, dicitur, quod ab antiquo dierum data sit sitio hominis potestas, gloria ac regnum, & ita quidem ut hæc potestas æterna dicenda sit. Eph. 1. v. 20, 21. dicitur, quod sit in cælis supra omnem potestatem, potentiam, dominium ac imperium. Conferri possunt Ps. 110. v. 1. Luc. c. 1. v. 32, 33. Matth. 25. Act. 2. 36. 1. Corinth. 15. vers. 25. Ebre. 1. v. 3 vers. 8. 9. 13. Apoc. 1. 7, 16, 17.

XIX. Quantam hæc omnia Majestatem exprimant, quivis sanioris mentis facile assequitur, unde minus rectè Bellarminus sentire constat, qui ad dexteram sessionem tantû beatitudinem electorum vocat: probatq; Nebriensis $\Phi\lambda\nu\alpha\epsilon\lambda\alpha\varsigma$ cui minus honorificum à dextris quam à sinistris esse: asserit hanc sessionem, posse cuivis contingere etiam ei qui in minimo Mundi angulo heret. Primum n. est contra scripturam: alterum nō probatum partim: partim v. crassum nimis, in speculatione hac, cœlestis sessionis 3. autem plane blasphemum & futile. Si n. intelligit pium, coccyssimus est: si improbum diabolicum, quasi nequam impiissimus vnitus posset esse $\lambda\acute{o}\gamma\omega$, particeps fieri æqualis cum patre $\epsilon\zeta\upsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$; quod quam horrendum auditu, nedum dictu sit, judicet quivis candidè pius. Quid enim an gloria ejus, qui

qui constitutus est supra omne quod nominatur, in hoc & futuro seculo, socium habebit tenebrionem quendam in minimo angulo mundi latitatem? Cur non Franciscum suum, vel si gratus esse cupit suum Ignatium (jam igneum flammis eternis) Lojolam in illam dexteram collocat, si rem tam levem aestimat, aut si mereri posse censet, cur tace impietatis arguit aut insufficientiae, qui non dudum honorem istum acquisiverint.

XX. Sed ut deveniamus ad id quod maxime videtur hic difficultatem habere, dispiciendum est, secundum quam naturam Christus sedeat ad dexteram patris omnipotentis.

XXI. Nos nostram thesin explicabimus & confirmabimus, post quid Adversarij statuam adjiciemus. Statuimus ergo & firmiter credimus, quod sessio haec ad dexteram patris competat personae Christi sed ratione humanae naturae assumptae, vel secundum humanam naturam, non quidem per se, sed ratione unionis, extra quam ne subsistere quidem dicenda est,

XXII. Falso n. nostris Ecclesijs ab adversarijs affingitur, quod sessionem humanae naturae in seipsa spectat & tribuamus, hoc enim commentum ut Nestorianum & Euty-chianum alienum a nobis esse, quam maxime cupimus, imo hunc in modum docentes, detestamur.

XXIII. Sed ne quis hic nodum in scirpo quaerat, explicandum esse arbitramur, quomodo asseramus sessionem competere Christi personae. Nam si quis eam non gloriam, sed gloriae acquisitionem interpretari velit, non competit personae Christi sessio, ratione $\Upsilon\omega\sigma\upsilon\sigma\epsilon\omega\varsigma \tau\epsilon\varsigma \lambda\omicron\gamma\omicron\varsigma$, seu $\Upsilon\omega\sigma\upsilon\sigma\epsilon\omega\varsigma$
A 5 in so

in se & sui ratione; sed Christo, ratione assumptæ carnis, vel *ἁποκατάστασις*, per & propter assumptam carnem, cuius hæc conditio erat, ut evehi & exaltari in meliorem statum posset. Si verò ut gloriam jam acquisitam attendat, competit sessio Christo, qua homo est, verum non ex naturæ conditione sed unionis gratia.

XXIV. Ut a. probatio assertionis nostræ eò sit evidentior probabimus. I. Divinam naturam non esse hac sessione exaltatam, nec collocatam ad dexteram Dei: Sed II. Eam humanæ competere naturæ. Illud hunc in modum ostendimus:

Secundum quam naturam Christus nullo opus habuit: 2. immutabilis est. 3. altissimus 4. patri semper æqualis 5. omnibus ab initio cum patre & Sp. S. dominatur. 6. seipsum exaltasset. 7. cum patre habet eandem beatitatem; illa exaltari & ad dexteram collocari non potuit aut debuit:

At prius est verum de divinâ naturâ E. & posteriorius.

XXV. Majoris consequentiâ sua luce abundare, credimus, ista n. attributa ita sunt comparata, ut summam nobis insinuent Majestatem, cui addi nihil possit, quæq; propter suam mutabilitatem, eundem in possessore vigorem arguunt. Minor probatur ex sequentibus dictis & rationibus.

XXVI. Christum n. secundum divinitatem non indiguisse aliquo, constat ex, cap. 16. v. 15. Iohannis, ubi dicit, quæcunq; pater habet, mea sunt: hinc concludimus, præsupposita: *ἅπαντα ἔχει ὁ πατήρ*, quod pater habeat omnia: Pater nullus indigens est E, neq; filius, E. neq; sessionis.

27. Quod

XXVII. Quod si dicant patrem non habere sessionem, pro nobis militat, E. etiam filius non habet: E. illa tanquam perfectissimus jam non opus habebat: quæ n. Deus non habere dicitur, ipsius Majestatem potius confirmant, quam indigentiam comprobant.

XXIIX. Christum secundum divinitatem immutabilem esse ex Psalm. 102. v. 26. 27. Hebr. 1. v. 10. Iac. 1, 17. apparet: hinc

Immutabile non potest exaltari: hic n. id quod serviebat, dominari dicitur, quod humile extolli: quæ sanè ingentem mutationem vincunt: Atqui divina natura est immutabilis, vi dictorum allegatorum. E.

XXIX. Tertium ex Luc. 1. v. 76. Psalm. 83. v. 19. Dan. 5. v. 1 constat: quartum ex Heb. 1. v. 3. Phil. 2, 7. probatur: quintum ex Col. 1, 16. 17. Ioh. 5, 17. 19. & seqq. deducitur: Sextum inde liquet: quia exaltatio de qua hic loquimur est opus ad extra, non potest excludi divina Christi natura, hæc tamen si ab adversarijs dicitur exaltata. esset se ipsa minor quia exaltationem excipit & se ipsa major, quia exaltationem perficit, & peragit, quod certè est inconveniens.

XXX. Septimum minoris membrum opus probatione non habet, ex abundanti illam addimus: Si Christus secundum divinam naturam, non habet eandem beatitudinem cum patre, juxta eam esset minor patre: Atqui enim est minor patre juxta divinitatem E. eandem cum ipso habet beatitudinem: si hoc, cum pater non indiguerit exaltatione, neq; eam filium indignuisse, dici debet.

XXXI. Plura possent argumenta produci, si pateretur thesium ratio; accedimus tamen ad alterum thesæos membrum, cujus probatio ad eundem scopum collimat hoc est
demon-

demonstrabimus humanam naturam esse exaltatam, & illi sessionem hanc ad dexteram patris competere, quod sequentibus rationibus fit manifestum.

XXXII. 1. Secundum quam naturam Christus est minor patre, secundum eandem vadit ad patrem:

Atqui secundum humanam naturam est minor patre, E. Majoris connexio est ab Evangelista Iohanne c. 14. v. 28. comprobata: Minor probatione nulla indiget, unde Conclusioni quoque sua veritas constat. Neminem n. scimus, qui dubitet an illud vadere, explicari per sessionem & exaltationem debeat.

XXXIII. 2. Thesin nostram quasi intento digito ipse Spiritus sanctus confirmat, quando in descriptione hujus Majestatis non personæ modo, sed ipsius humanæ nature abstractis vocabulis meminit, quemadmodum ex. 1. Cor. 15. v. 25. 26. Ps. 110. v. 1. Heb. 2. 8. Psal. 8. v. 8. Ioh. 5. v. 27.

XXXIV. 3. Secundum quam naturam Christus in ultimo judicio sedebit in throno virtutis Dei, secundum eam sedet ad dexteram Dei: Atqui illud competit humanæ nature E. & hoc. Majoris connexio est satis firma ex coherentia consequentis & antecedentis necessaria: minor est Christi Matth. 26, 64.

XXXV. 4. Ipsum tempus exaltationis hujus nobis suffragatur, ubi nemo sanus negare audet Athanasij illam regulam, qua felicissime antiquitas contra Arrianos usa est, dum quæ Christus in tempore accepit, humanitati attribuenda esse, jubet: ὅσα ἐν λέξει ἔλαβεν ὁ υἱὸς καὶ ἔδοξάσθαι ὁ υἱὸς, διὰ τὴν ἀνθρώπινην αὐτῷ λέγει, & διὰ τὴν θεότητα.

XXXVI. Sic, quid aliud sibi vult connexio articuloꝝ in symbolo, quam quod ostendat, eam naturam sedere ad patris

illi
en
ni
re,
28.
n-
qui
a-
pse
a-
a-
25.
ul-
um
a-
n-
ri-
if-
re-
st,
u-
os
ei,
rū
ad
ris

patris Omnipotentis dexteram, quæ omnia loca, tam media quam infima & suprema peragravit? Quæ omnia insignibus patrum testimonijs prolixè possent confirmari, nisi res ita in propatulo esset, ut qui secus sentire velit, oporteat eum esse pertinacem & veritati contradicentem.

XXXVII. Rectissime n. Augustinus infert, nomen Christo tantum donatum esse ut homini, secundum quem filius factus est obediens usq; ad mortem crucis, quod scil. nomen jam habebat ipse Dei filius, Deus de Deo natus æqualis. Et Cyrillus: Cui humilitas congruit sic exaltari quoq; dicitur: Humana vero natura res humilis est, ipsa ergo exaltari quoq; intelligitur.

XXXVIII. Et mirum est Calvinianos sese confessionis Augustanæ socios nuncupare velle eamq; non deseruisse videri cupere, cui tamen in hoc negotio tam audacter contradicunt. Illa n. sessionem hanc ut finem ascensionis vult æstimari, quarum ut hæc carni, ita quoq; illam, eidem competere, Optima Consequentia deducit.

XXXIX. Verum hac in parte ita dubij sunt, ut discrepantibus sententijs sæpe à se invicem discordent, quamvis in hac omnes conspirent, nolle humanæ nature ipsos, id quod divinitas largita est, ob duritiem servituti suæ, permittere, quo fructu v. hoc ausu ipsi Christo resistent, viderint, si rediturus est in nubibus, tum n. demum quem pupugerint suo damno sentient.

XL. Quidam sessionem fingunt duplicem, unam quæ humanæ competit nature, inferiorem, alteram quæ divinæ, superiori & excellentiori: quibus, verbis Dn. mei preceptoris Meisn. respōdeo: Si sessio de qua scriptura loquitur ex gratia, & in tēpore tantū obvenit, quā tandē ratione ad λόγον appli-

applicari poterit? Num & λόγος exinanitus & duplex
Dei dextera, vel geminus Dei thronus est? Apage has inepti-
as, quæ nullum in scriptura fundamentum habent &c.

XLII. Quidam per sessionem ad patris dexteram perso-
nam exaltatam esse concedunt, quasi verò persona esset ter-
tium quoddam & non ipse natura. Hinc cautius alij a-
cturi sessionem ad divinitatem potissimum referunt, quibus
argumenta nostra opposita esse volumus; dextera n. Dei in
dextera Dei collocari non potest, sed illa natura tantum
quæ unctæ est & quæ non arbitrata rapinam æqualem esse
Deo. Unde August. Quis est qui sedet ad dexteram patris?
homo Christus: nam in quantum DEUS, semper cum patre
& ex patre: & quando ad nos processit, à patre non re-
cessit.

XLIII. Unde factum est ut Seleuciani, Hermiani, Pro-
clianitæ damnati sint à patribus, quod Christum sedere ad
dexteram patris negaverint: quam sententiam moderni
quoque tulissent adversarij, si istis temporibus hoc suum do-
gma non revocassent.

XLIII. Dubitare a. hic nonnulli solent quamdiu Chri-
stus sedere debeat ad dexteram hanc, cum. 1. Cor. 15, 24. di-
catur traditurum Christum regnum. Verum sacra scriptu-
ra satis declarat diuturnitatem hujus regni quod scilicet in
æternum usque permansurum sit ut ex 2. Sam. 7, 13. Psal. 89,
7, 37, 38. Ezech. 37. v. 25. Dan. 7. v. 14. Luc. 1, 32, 33. Eph. 1, 20, 21.
Heb. 10, 12, 13. liquet.

XLIV. Ad locum allatū respondetur, quod tradere re-
gnum hic accipi possit vel quod Christus illud in meliorem
statum sit redacturus, vel quod non amplius debeat esse im-
perium tanquā in militante Ecclesia verum triumphante;
ubi,


ubi, quemadmodum regius filius si devicit provinciam & ho-
stes, patri offerre regnum potest, ipso nihilominus illius do-
mino & rege manente; ita & Christus tradere patri regnū
ipso nihilominus in maiestate constituto dici potest.

XLVI. Insignes a. usus & fructus habet hac sessio Chri-
sti nostri: Vide n. crucifixus ille Rex est captivam ducens
captivitatem, habens potestatem in cælo & in terra, nihil
ergo Draco antiquus nocebit, nihil mors, nihil infernus, qui
n. sedet ad dexteram hos nostros devicit hostes, ut illa ti-
mere amplius non debeamus, sed dominabimur illis & jubi-
lamus cum triumphante Christo.

XLVII. Cum igitur nulli obstant hostes, quis non videt
liberum nobis esse ad patrem aditū quem mediator noster
nobis paravit, sine quo inimicus erat nobis æternus Deus, ille
jam pro nobis, quis E. contra nos? Cessantibus ergo tumul-
tibus hostium, fractisq; viribus eorum, amico reddito recon-
ciliatq; nobiscum Deo, quis non gratuletur sibi, quod adhuc
in super uniri possit ipsi Deo, quod dignus redditus sit in
quo mansionem suam pater cum filio & spiritu sancto ha-
bere velit. Hæc omnia Christo in gratijs referenda sunt,
agnoq; occiso, qui est dignus accipere honorem, virtu-
tem & divitias & sapientiam, & fortitu-
dinem & gloriam & benedi-
ctionem.

F I N I S.






Bald
C
E
S

Inches 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19
Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black



AS SACRÆ
ima Quinta
CHRISTI
ERAM
S,
ωθρώπα
DIO
S MEISNERI
& P. P.
disputandum
d/ Ulmensis Sue-
djunctus.
Maijboris
s.
ori.
GÆ
xcudebat,
CXX.

